

Carnabene, figlio del defunto
Iacono Leone di Teofilatto

XL 35

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Carnabene, figlio del defunto
Iacono Leone di Teofilatto

XL 35

1185-04

In nomine domini Dei eterni et Salvatoris nostri Ihesu Christi anno ab incarnatione eius Millesimo Centesimo Octuagesimo quinto et nono decimo anno regni domini nostri Guillelmi Sicilie et Italie gloriosissimi regis, mense aprilis indictione tertie.

Ante me Angelum iudicem et coram suscribendis testibus Carnabene filii quondam Iaconi Leonis de Tufilactu divina Dei clementia inspiratus hac statum humane fragilitatis cogitans optulit Deo et ecclesie Sancte Trinitatis Cave pro salute anime sue quendam terram que est in loco ubi Castrovillari dicitur per hos fines ab oriente terra Ioannis de Donato finis est, ab occidente terra Ioannis Dedonato finis est, a meridie terra Petri de Trasetto finis est, a septentrione via finis est. Qua probatur sicut ipsi Carnabene congruum fuit sponte et per convenienciam et per hanc cartulam optulit et tradidit suprascripte Cavensi ecclesie tota et integra terra qualiter superi per suprascriptos fines indicata est tali pacto quod ipse Carnabene debet tenere et abere predictam terram in vita sua post uno obitum sui predicta terra de Cavensi ecclesia esse debet et optulit eam cum toto iure et munimine predicta terra semper sit in potestate suprascripte ecclesie ad faciendum ex inde quod voluerit absque iamdicti Carnabene contrarietate et eius heredum. Unde per convenienciam bonamque eius voluntatem prefatus Carnabene guadium domno Nicolao Polito rectori ecclesie Sancti Andree pro parte iamdicte ecclesie dedit et mediatores ei posuit domnum Octavianum de Vitioso et Ursonem filium Roberti de Satriano et per ipsam guadium obligavit se suosque heredes semper defendere ipsi ecclesie integram suprascripta offersionem et tradicionem infringere voluerint. Quod

sicut suprascriptu est ipse Carnabene et sui heredes non adimpleverit vel ex eis quicquid remove aut totum dicere presumserint vel eam quolibet ingenio infringere quesierint per predictam guadium obligavit se suosque heredes componere curie triginta sex solidos et suprascripte ecclesie offersionem tradicionem in dupplum secundum usum et consuetudinem terre dicte et taliter tibi Belle... notario scribere precepi.

Ego Angelus iudex confirmo # Ego presbiter Gri...
testis sum # Ego Vitalis de Amabile testis sum # Ego
Nicolaus Platarius testis sum